Dwernicka Dwernickiego Quietat.

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren. Capi
tan. Premislien. Nobilis Heodora de Niechrzybka primis Nupt.
Gen. Joannis de Unichow Ustrzycki adpraesens vero secunda
rum nuptiarum Nobilis Andreae Dwernicki obtentas legalitates
et impedimenta adpraesens sibi a Iure et bene non valens Con
sortis Suae Cum assistentia Nobilium Joannis et Stanislai Niechrzybe
ckich fratrum patruelium Sui recognoscens et amicorum de linea
paterna proximiorum Sana mente et corpore existens a terrestribus
Districtualibus Iuribus Iurisdictionibus Suis quibusvis propriis et compe
tentiis recedens Iuri vero Iurisdictioni Castren. Capitan. Premis.
quo ad actum praesentem attinet se cum Successoribus et bonis Suis quibusvis
omnibus totaliter et plene incorporans atque Subijciens palam libere
publice ac expresse recognovit Quia ipsa Nobilem Paulum
Dwernicki praedicti Nobilis Andreae Dwernicki mariti Sui fratrem
germanum de Summa Ducentorum Quinquaginta florenorum polon.
ex Summa originali Quingentorum floren. polon. Sibi recognita
per eundem Paulum Basilium Andream mariti Dwernickie
fratres germanos Suos et Nobilis Petri Dwernicki eorum fratris eius germani
mariti Nobilis modo obligatorio in bonis Suis propriis a Generosis Ustrzy
ckie modo perpetuae Donationis Vendit. Certa Sortis Villae Turne
Ustrzyki dictae Krzywanska acquisita Coram actis praesentibus ad solutionem
inscriptionis provenientis et sese derivantis Nec non de praefata Inscriptione
obligatoria ad Summam supradictam Ducentorum Quinqua
ginta floren. polon. tantum modo sese referen. quietat praetereo
Inscriptionem praefatam quo ad Summam supradictam lenitam tantum
modo et non ultra Cassat ac de bonis eiusdem Summae lenitae
Correspondentis Condescendit Sibi Suisque posteris ratione praemissorum
perpetuum imponendo Silentium Salva Nihilominus residuitate
eiusque Summae originalis Inscriptionisque praefatae obligationis aliorum
nibus Supradictis ad eandem restantem Summam sese referen. Sibi
recognita pleno in vigore reservata.

Woiakowski et Zatecki Roborant.

Comparentes personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan.
Premisliensibus Generosi Gaspar Woiakowski Subiudex Terrestris Pre
mislien. ab Una et Alexander Zatocki parte ab Altera,